

# P. R.



Ravissimum accidit infortunium Zaccaria Bussi  
humil. M. V. servo, ut occasione decoctionum  
Caroli Sonzonii Bergomensis, & dictæ Cantan-  
tis Monier, & Moris ammittere debuerit Capi-  
talem summam lib. 15 om. circiter, cum esset So-  
cius qu. Jo: Baptista Martelli.

Post hoc infortunium voluit Supplicans Creditoribus, usque ad  
obulum satisfacere.

Hicce peractis incundi erant calculi inter Supplicantem, & So-  
cium, quibus perfecitis evasit Supplicans debitor libr. 65m.  
erga Socium.

Ut hoc etiam debitum solveret, resignavit Socio bona omnia  
stabilia, quæ ipse possidet in Locis, & Territoriis Vaziaghi,  
Cavalliri, Barquedi, ac pertinentiarum, ultrà Credita, data  
fidi notula corundem bonorum, eaque inserta in Instru-  
mento, quod exhibetur.

Hoc non satis fuit honestissimo Supplicanti, quin etiam ultrà  
bona descripta dare promisit quæqq; alia Bona Stabilia, que  
ejus juris esse reperirentur ubiqq; sit resservato sibi solo usu-  
fructu prædictorum Bonorum, & mobilibus Domus.

Promisit Supplicans termino unius anni descripta bona libera  
præstare unacum documentis.

His omnibus attentis accepit Socius nec bona tanquam data in  
solutum ea vicissim inita lege, ut si hæc bona reperirentur  
diversi valoris, retenta importantia clausulæ circiter, facta  
Bonorum cessio non haberetur pro datione in solutum, nisi  
quo ad concurrentem quantitatatem.

Postquam hæc Supplicans bona fide petegerat die videlicet decima  
nona Februarii mox elapsi, pacificè quiescebat.

Profecto quis credidisset? die Lunæ vigesima quarta labentis men-  
sis in affluentiori concurso populi propè meridiem quinque  
Satellitibus, stipatus Actuarius Prætorius Supplicantis domum  
aggreditur, iisdemque Satellitibus tota die præsentibus, descri-  
bit Mobilia, Scrinia aperit, perquirit Scripturas, eaque de-  
mum agit, quæ LL. vix permitterent contrâ debitorem fide-  
fragum, & fugitivum, hocque vigore præcepti relaxati ab  
Egr. Judice ad signum Galli, quod exhibetur.

In hoc præcepto non dissimulantur pacta conventa videlicet  
quod intra annum (dignetur denuo M. V. animadverte-  
re, quod Instrumentum celebratum fuit die 19. prox.  
effluxi Februarii, ideoq; superesse novem menses ad om-  
nia implenda) deberet Supp. bona in solutum data a quoqq;  
vin-

vinculo liberare, si quod aderat; quod si repertum fuisset, hæc bona diversum habere valorem, quam qui descriptus esset in Instrumento, datio in solutum intelligi deberet facta usq; ad concurrentem quantitatem.

Hicce itaq; padiis in hunc modum explicatis, narrat divisiones factas fuisse inter Fratres anno 1754, defunctumque Supplic. Fratrem partem sibi spectantem vinculasse Fideicomissum; concludit denique non aliud superesse Patrimonium Supp. quam mobilia in hac Urbe, & privara Credita, que ne disperdi deberent, ad eorum descriptionem procedendum esse, & quod magis mirum est, facta reservatione criminaliter procedendi.

Profecto quid pejus poterat de suspecto homine de fide frago, de fugitivo?

Videat M. V., quam injusto fundamento nitatur fatale præceptum. Si bona erant vinculata, hoc pandiderat ingenuus Supp., hoc sciebat Creditor, ideoque expresso pacto provisum est, ut infra annum vinculis soluta omnibus traderentur.

Si occasione fraternali divisionis bona retenta sunt in pretio valde minori, quid inde? novum non est, quod in familiaribus divisionibus bona uno modo considerantur, & ubi assidentur vel iudicio Peritorum, vel juxta verum valorem periuntur omnino diversa; præterea divisio de qua agitur facta fuit à Supplicante fratre, cum Supplicans ipse abflet, ideoque in ea nullam partem haberet.

Sin autem hicce omnibus non obstantibus dubitabat Creditor de valore bonorum, nonne alio pacto huic etiam dubitationi satis provisum erat, quo videlicet Datio in solutum facta intelligeretur usque ad concurrentem quantitatem.

Ea igitur creditoris actio in hicce circumstantiis competebat, ut citato Supplicante procederet ad liquidationem bonorum, quo facto si alio pretio supplendum fuisset, supplevisse Supplicans Deo dante, & satisfecisset Socio, quemadmodum Creditoribus aliis satisfecit.

Interim autem adeo gravem, & publicam injuriam ferre debet honestus Negotiator, qui bonum sui specimen semper dedit, qui in gravioribus Urbis negotiis versatus est, & versatur adhuc, qui illud præcipuum habuit, ut honestè agendo decus proprium conservaret.

Quale juris principium potuit ante oculos habere Egr. Judex,

super quo fundaret actum adeo irreparabilem? Vulpianus in L. 7. ff. qui satisdati cogantur ait = Si satisdatum pro re mobilis non sit, & persona suspecta sit ei, a quo satisratio desideratur, apud Officium deponi debet, si hoc Judicii sederit, donec vel satisatio detur, vel lis finem accipiat. Ad hoc itaque ut deponatur apud officium, illud necessario probandum est, quod persona suspecta sit, & ut ait Glosa hoc speciale est propter suspicionem, ne eam rem habere desinat. Ubi nam autem in Casu nostro ista suspicio? quomodo illam probat Creditor, ut a Judice obtineat, quod sine suspicione Lex vetat? Novit M. V.; Noverunt multi AA. PP. quinam fuerit, quinam sit Supp., qui non obstantibus gravissimis infortuniis ne obulum quidem alteri debet, qui Mediolani habitat, & firmam sedem habet, de quo nemo unquam conquestus est, quod equidem de Adversario dici non potest contra quem resserente Magnifico Olivatio nuperis annis a Senatu M. V. Decretum fuit semel, iterumque, ut viriliter procederetur ex eo quia J. C. de Brutoribus fregisset datam fidem.

In adeo gravi angustia, à qua pendet totus homo, non aliud solatium habet Supplicans nisi quod res agitur coram M. V., que cumdem opprimenti iniuste non sinet, que alias in equali causa, atque in levioribus cquinacircumstantiis lanicivit pro circumscriptione præcepti, ut ex oraculo diei 20. Septembris

1745. ~~1745. 10 ROMA MI~~

Censuit Senatus licentiam Describendi diei 22 Januarii nuper effusse suisse, & esse subreptam, & attentastam; ideoque circumscripta ejusdem executione reintegrandum Andream Canturium ad reputam, & exercitum ejus Mercimonie firma manente obligatione manutentionis suscepit per Ven. J. C. Andream Cellanovam de qua in Instrumento diei 20. Junii 1744. damnatis J. C. Andrea, & Fratribus de Cellanova in omnibus expensi, & damnis liquidandis eoram Magnif. Relatore juxta Senatus mentem quam tenes Magnif. Relator, qui sit Executor praesentis Sententia, & has omnia non obstantibus deductis.

Salarium seu &c. Solvendum in totum a Fratribus de Cellanova &c.

Agebatur in eo casu de Fratribus Cellanova, qui cessionem fecerant universi negotii Andreæ Canturio, sibi tamen reservato dominio, agebatur de negotio, quod postquam exercebat Canturius valde deterius factum erat; Agebatur de periculo

4

evidenti amittendę pecunie; Agebatur denique de debitore, qui certe nil aliud habebat, quo satisfacteret creditorı, & tamē M. V. ferre non potuit injuriosum descriptionis actum, quem idę solemniter reprobavit; quanto magis hoc sperandum erit Supplicanti, à quo Creditor bona habuit in solutum, data, quę, si fortè etiam non sufficerent, multa habet aliundē quibus supplere possit, juxta pacta conventa solemniori modo. Hoc unum dignetur animadverte M. V., quod publicus Negotiator cujus bona describuntur repente mutat statum, & creditur omnino diversus ab eo, qui est. Hęc animadversio sola sufficeret, ut Judices magis cautè procederent in hujusmodi præceptis concedendis; proprię tamen existimationis reintegrationem à M. V. sperat Supplicans, quam idę Humillimè exorat decernere nullum, & injustum fuisse præcep- tum, ideoque illud circumscribendum esse, damnata Parte in omnibus expensis, damnis, & salario, quod &c. Post compiliatas preces audit Supplicans, quod Adversans ad protrahendam injuriam petat audiri à M. V. Hoc equidem subterfugium vanum est, quia satis loquitur pro Adversante narrativa præcepti, in qua enim dicere debuit quidquid potuit, ut præceptum ipsum obtineret. Quælibet momenta dilatoria irreparabile damnum afferunt Supplicanti, sperat idę M. V. occurrunt juxta peccata non obstantibus deductis.

### I. M. Montorfani.

26. Maii 1756.

L. Reintegrandum Zaccariam Buffum ad Mobilia descripta juxta mentem Senatus, quam tenet Magnificus Comes Regens Verras, qui in reliquis habetis Partibus coram se quamprimum verbum faciat.